

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia q
cum fonte primo

Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur: presencia ordina, futura preuide, preterita recordare. Nam qui nil de preteritis cogitat, uitam perdidit; qui nichil de futuro premeditatur, in omnia incautus incedit.

Seneca ibidem (de quattuor uirtutibus).

Si prudens es, animus tuus tribus temporibus dispensetur: praesentia ordina, futura praevide, praeterita recordare. Nam qui nihil de praeterito cogitat perdit vitam, qui nihil de futuro praemeditatur in omnia incautus incedit.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2 (C.W. Barlow ed., p.240, ll.37-40).